

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

20. An servi acquirant libertatem, si à Dominis promittatur saltem in  
conscientia? Et quid de eorum filiis eo tempore promissionis natis? Ex p. 7.  
t. 7. r. 55. alias 54.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

# De Seruis, seu Mancipiis. Resol. III. &c. 439

filiatio adoptiva esse non potest ex legibus, nisi ad ea iura, & emolumenta, quae haberet si esset verus filius legitimus, alioquin adoptio non erit, cum tota cius effectio consistat in acceptatione ad ea iura; ideo insuperabili est adoptiva filiatio à libertate, quia seruus manens seruus, non potest esse hæres domini sicut et vero filio naturali potest retinere totam essentiam, quae in aliquo physico constituit, sine acquisitione eorum iuriuum; non est ergo mirum, quod adoptio habeat maiorem vim ad reddendum liberum, quam filiatio naturalis in genere; quia adoptio includit voluntatem acceptandi ad ea iura, quam voluntatem filiatio naturalis non includit.

## RESOL. XX.

An serui acquirant libertatem, si à Dominis promittantur saltem in conscientia?

Et quid de eorum filiis eo tempore promissionis natis?

Ex p. 7. tr. 7. Ref. 55. alias 54.

§. 1. **H**ec questio potest sepius in praxi accidere & ad illam more suo docte responderet P. Sanchez de Mairim, lib. 7. disp. 24. n. 22. vbi ex multis probat promissionem inter dominum & seruum minime valeat, quoad obligationem ciuilium, secus quodam naturalem, ut expresse habetur in l. Si id, quod dominus 6. ff. de conditione indeb. ibi. Si id quod dominus seruo debuit, manumisso soluerit, quamvis existimat ei aliqua teneri actione, reperire non poterit. Vbi Glosa, verb. in conditione, at obligationem fuisse seruo in fortute que sitam. Et Bartol. ibi summar. eam l. sic dominus obligatur seruo naturaliter. Et n. 2. ait obligationem naturalem, cadere in seruum actiue, & passiuè. Et Baldus c. cum contingat, n. 30. concl. 2. de iure civit. explicat interpositas, in fine. C. de translat. qua decidit obligationem acquiri seruo de ciuili, secus de naturali.

2. Et idem potest multa Sanchez sic concludit. Ex his ergo constat deberi naturaliter, & in foro conscientiae libertatem ancillæ ad dominum promissam: at quia tantum est promissio antequam manumisit, non erit libera serua; ac proinde nec filii eo tempore natu: tenebitur tam ratione damni emergentis ea fidei violatione, donare libertate illos filios. In hoc enim damnum illatum est matri, & proli.

## RESOL. XXI.

An seruus infidelis, vel hereticus, si conuertatur ad Fidem, acquirat libertatem?

Et an si Dominus infidelis, vel hereticus simul cum seruuo conuertatur ad fidem, perdat Dominum seruū?

Ex part. 7. tract. 7. Ref. 41.

§. 1. **R**espodo quod si infidelis vel hereticus habeat seruum infidelem, & hic conuertatur ad fidem, manet ipso iure liber, licet postea etiam dominus conuertatur ad fidem.

1. Nota quod si simul cum seruo conuertetur dominus ad fidem, non perderet dominium seruū. Et ita tenet Sanch. in Opus. tom. 1. lib. 1. c. 1. dub. 5. n. 4. cui adde Trullench. in Decal. tom. 2. l. 7. c. 2. dub. 8. n. 9.

## RESOL. XXII.

An serui Christianorum, qui in tribunali S. Inquisitionis damnantur tanquam Heretici, remaneant ipso facto liberi?

Et aduersitur, quod acquiesca semel à seruis libertate, nunquam ad seruitutem priuianam redire possunt; etiam si eorum Domini ad Fidem conuertantur, & omnia bona illis restituantur.

Et obsernatur quod, si seruus infidelis Dominum apostolatorem a Fide, bono zelo inquisitoribus denunciatur, & si nullibi innueniatur concessa illi libertas, certè illi danda est. Ex p. 7. tr. 7. Ref. 17.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenet Iohann. Andreas Francus Dominic, in c. quicunque, §. Illerum de heret. in 6. probatur haec opinio ex c. cum secundum leges, de heretic. in 6. vbi omnia hereticorum bona ipso iure fisico addicuntur; nam cum nomine bonorum etiam serui continetur, iuxta legem, Paulus §. vlt. ff. de pignorib. videtur inde sequi illorum dominorum seruos, qui de heresi damnantur, ad fileum spectare, & libertatem non acquirere. Et hanc sententiam seruari in Inquisitione Lusitana testatur Fagundez de Iub. lib. 2. c. 6. n. 13.

2. Sed ipse meritò laudat Inquisitionem nostram Castellæ, quæ affirmat sententia adhaeret, & illam docet Sanct. Iulius de Heret. c. 37. dub. 3. Azoistom. 1. lib. 8. c. 1. 2. 9. 7. Vasquez in part. 2. disp. 169. c. 2. n. 12. Molina to. 1. tr. 2. disp. 40. Pegna in direct. part. 3. com. mēt. 168. Suarez de fide, & c. disp. 22. sect. 5. n. 6. Sanch. in summa tom. 1. lib. 2. c. 24. n. 9. Simanca in Cathol. Inst. tit. 6. 1. à n. 8. qui addit cum Pegna, quod si aliquis horum hereticorum post denunciationem sententia intra tempus gratiae conuertatur, eique à Regre omnia illius bona concedantur! nihilominus Christiana illius mancipia donari libertate.

3. Probat haec opinio, Primo ex leg. amica, Cod. ne Christ. mancip. & ex leg. Deo nobis §. his autem, Cod. de Episc. & Cleric. ex leg. Manichæos, Cod. de heret. ex c. 1. 2. & vlt. de Iudeis, & Saracenis, ex c. mancipia, & c. frateritatem disp. 5. 4. & alii iuribus ad quæ licet respondant Lusitanæ apud Fagundez, ubi supra, ipse, vt dixi, & meritò, non recedit a nostra sententia n. 43. vbi sic ait. Desidero maiorem pietatem in nostris auctoribus Lusitanis erga libertatem misericordum seruorum, maxime cum hac libertas cedat in fidei Catholica fauorem, in quo feliores, & magis piis puto Doctores Castellanos, qui fauorem magis fidei & libertatis recipiunt, quam augmentum Regij fisci suorum Principum. Præterea deberent animaduertere. Primo, ipsi Doctores Lusitani, nec leges, nec sacros Canones prima sententia adducent, locutos fuisse cum aliqua restrictione, aut moderatione de illorum tantum hereticorum mancipiis, qui publicè cum suis bonis in sua heresi vinebant inter Christianos, quales hodie in Germania, & Gallia multi permittuntur; sed locutos fuisse absolutè, & vniuersim de Christianis mancipiis hereticorum: & vbi lex non distinguunt, nec excipiunt, nec nos distinguere, aut excipere debemus, maxime quando leges loquuntur generaliter & absolutè, vt notat Reinosus, obser. 21. n. 1. & patet ex l. de pretio, ff. de publican, & ex l. 1. s. & generaliter, ff. de legat. præstand. Secundò, deberent etiam animaduertere rationes primæ opinionis, quas ego puto fortiores, facere saltem rem dubiam, & probabilem pro vita parte, & in dubiis opinionibus, & pro vita parte probabilibus standum est verbis legis, & in fauorem libertatis, & fidei inclinandum. Sic Fagundez.

4. Et nostram sententiam præter Doctores citatos tenet Castrus Palauus tom. 1. tract. 4. disp. 5. punt. 36. n. 18. qui optimè obsernat, quod si seruus infidelis dominum apostolatorem à fide bono zelo inquisitoribus denunciauerit; et si nullibi innueniatur concessa illi libertas: at certè danda illi est, præcipue si spes subdit facilis ad fidem conuertendū. sic Pegna, & Sanchez supra. Tandem aduerto acquisita semel à seruis liberta-

Oo 4 te,